S. Croce 17 dext. 10 Farts

In psalmos a decimo usque ad sextum decimum tractatus VII. Captiuum monachum. Vitam beati hylarionis. Nouum testamentum grece fidei reddidit. Epistarum autem ad paulam et eustochium incertus est numerus. Sedecim prophetarum uolumina. Quattuor et septuaginta libros editos commentatus est. Inter has itaque numerosas operis sui paginas (66R) C. et XXXV. uirorum illustrium ecclesiasticos scriptores. a passione X̄ usque ad quartum decimum theodosii imperatoris annum in ordinem digessit. Item contra iouinianum libros duos. Apologeticum ad pamachium. In matheum commentariorum libros. IIII. Enchiridion in psalterio. Aduersus heluidium contraque pelagium luculentissima uolumina edidit. De mansionibus quoque filiorum isrł et alia quam plurima ad edificationem ecclę catholica pietate composuit. Tandem post perfectam placitamque conuersationem nonagesimo VIII. ętatis suę anno apud bethleem oppidum in pace quieuit. Libros suos per L VI annos confecit.

(Margin note, left: bis hierher ziemlich übereinst. m. Ahlsp.-Kap.)